

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Geographia universalis**

**Ptolemaeus, Claudius  
Münster, Sebastian**

**Basileae, 1540**

Lacus constaniensis

**urn:nbn:de:bsz:31-67084**



# LACVS CON-

STANTIENSIS.

**L**acum Constantiensem cum circūiacente regione nouis ob id accensuimus tabulis, quod ob sui magnitudinem mare quodammodo sit, & littora eius frequenti hodie hominū habitatione colantur, adiacensq; terra mira fertilitate prædita sit, uinetis potissimum & arbutis abundans. Diuiditur autē in superiorem lacum & inferiorem. Superior olim Brigantinus, Acronius & secundū alios Acromus, & Podamicus atq; Rheni lacus fuit appellatus. Inferior uero, Venetus, Brigātinus, ab urbe Brigantij, sicut hodie Cōstantiensis à Constantia uocatur. Acronius, quasi sine frigore, quod nunquam glacie in uniuersum obducat. Acromus, Germanica corrupta uoce, quasi krom see, id est, obliquus & arcuatus lacus. Nam à Brigantio & Rheni illapsu usq; ad Constantiam, in arcus cuiusdam formam inflectitur. Alterum uero, quem hodie Cellensem uocant, scribit doctissimus Vadianus Venetum appellatum, à colore marino qui cæruleus est. Quare autem Podamicus & uulgo Bodensee nominetur, habes apud eundem in epistola ad Rudolphum Agricolum. Sed & Thomas Blaurerus patricius Constantiensis de hoc lacu ita scribit. Totum Rheni superioris prospectum mirum in modum ornauit natura. Temporum uarietas mutauit uocabula quædam populorum & locorum, sed in tabula conspicies immutabilem faciem lacu, & quæ nunc sint nomina, ex inscriptionibus lector colliges. His finibus quondam situm Gannodurum prisca ætas cōmendauit, hodie autē Constantia locum præcipuū obtinet. Ea urbs ut apparet ex ædificijs ac ciuiū imaginibus, ante cōcilium, quo cōbustus est euangelij præcursor Hussus, celeberrima fuit. Post concilium, deflorescere cœpit. Cæterū speculantibus è ponte Constantiæ supra apparēt Alpes Rheticæ & totus ille tractus lacus Brigātini & Acronij. Inde se condit, quem usitatissimo nomine uocant Podamicū. Is enim sinus recedit à flumine uersus arcem Bodmen, sed uulgo Podamicū uocāt illum totum recte & ueteres. Quin eruditos audiui *ποδάμιον* nominare, quod per hunc Rhenus uelut in alueo descēdat nusquā resolutus. Suis autē fontibus lacum hūc transuersisq; fluminibus ac torrentibus & scaturiginibus magis q̄ Rheno oppleri uerisimile est, ut tantum iter quod instat Rheno, is labore ualde cōpositus arripere. Sed magno miraculo est, quod à ponte uicinum lacum Venetum inter suburbium paradysum, & hinc urbis illinc Enandrensum pascua, exili placidoq; maxime cursu allabitur, is quem tot amnes in lacum recepti comitantur. Fit id forte propter orarum planiciem. In medio aluei, qua urbem interfluit, pedū quinquaginta altitudine crater seu uallis subest, ubi uno saepe iactu piscatoris milia triginta, sepe quadraginta piscium trahunt. Numerant autem non nisi ad halecū magnitudinem accedentes. Nec longe ab eo loco ubi in subiacentem lacum ingreditur, ubiq; castellum est Gotlieb, uadum habuisse ferūt. Inferiorem autem lacum excedens, ubi Scaphusiam præterijt, horrendo casu exhibet spectaculum peregrinis, ita ex arduo præcipitio ruens uelut sub nubibus ædito murmure tonat.



# LACVS CONSTAN· XX· TAB· NOVA





Landesbibliothek  
Karlsruhe

API  
GRAPHIC  
latim def  
antiqua re  
regum & p  
toribus, m  
nibus terra  
in hac uel i  
no Munst

Geographia qua  
sit



Eos  
mū  
nem  
mar  
tam  
is omnibus, ut  
in quacunq; arte  
de Strabo li. i. de  
sophum alia ulla  
hanc quam hoc  
delegimus, con  
tamus. Et ibide  
graphia: quada  
reque principu  
on, terrestrium  
ficientiam, anim  
struunt & aliarū  
temere fas est. C  
di, magnum ad  
am comparant a  
gionis ingeniu  
tarum formae ac  
Maritima etiam  
manque quendam  
ex uictu: nec te  
quā in aris incol  
lead praesens in  
decur adduci, q  
pio est, ad ciuile  
conducens, Re  
campum mare e  
quam incolimu  
exigua, magnar  
marum autem u  
bilem uocamus  
marum quiden  
locus, Excellen